(postq̃ inceperit) pseuerare. vide in. c. maiores. de bap. ⁊ eius effec. ⁊ in. c. j. de eo qui duxe. in matr. quam pol. ⁊c. per Lu. de pen. in. l. j. de iu. fis. lib. x. C. Qualiter autem probetur pseuerantia: colligitur. ff. de lega. iij. l. fideicommis. §. quuz autē. ⁊ preceden. ⁊. xi. q. iij. c. illa. et. c. quum apud. et de regul. c. ad nostraz. sed quāto tempore debeat perseuerare in eo: quod fecit: vt inde videatur animi iudiciū fuisse: an statim: aut per vnū diē vel per triduum: aut per sex mēses: aut vsq; ad mensem: vel per multū tempus: vel sit arbitrio iudicis relinquendum. vide eleganter per Luc. de pen. in. d. l. omnes. la. iij. col. ij.

illud Matth. xxiiij. qui perseuerauerit vsq; in finem ⁊c. et illud. Nemo ponens manum ad aratrum: ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei. Luce. ix. Et hec de fidelitate dicta sufficiant.

Secundo dictum est: ꝙ quodlibet membrū mysticū tenetur suo capiti ⁊ domino ad reuerentiā. Pro cuius declaratione sciendum: ꝙ reuerentia est multiplex: ⁊ aliis omissis quātum ad propositum: est quedam reuerentia dominationis siue prelationis causa debita: q̃ sic definitur. Reuerentia: est honoris cum timore in signū subiectionis exhibitio. ƀm glos. ad Hebr. xij. Et hec debetur principibus etiam secularibus per quoslibet etiam ecclesiasticos. vt dicit text. xxiij. q. v. regū. ⁊. c. dicat. ⁊. c. si apud. pro quo. j. Pet. ij. vbi dicitur: a Regem honorificate.[a]

De reuerentia p multa.

Quartus

[a] Honorificate. Ex verbis authoris liquide colligitur quo ad propositum: ꝙ ratione prelationis ⁊ dominationis hominibus superioribus (qui sunt papa: rex: episcopus: pater: doctrine preceptores: ⁊ pleriq; alij) a subditis mortalibus reuerētia debetur. Adde glo. quam sequitur ibi Jo. de pla. in l. primicerum. C. de fabricen. lib. x. ⁊ do. Nico. boe. in addi. ad Jo. montaig. in trac. de auto. ⁊ preemi. sa. magi. conci. et parla. reg. Fran. vbi per eos eleganter dicitur. Principem adorari: idest reuereri debere: non adoratione: que non debetur: sed regia subiectione salutari: princeps: regniq; administratores debent. Luc. de pen. in. l. euectionum. per illum tex. in versi. veneratione. de cura. pupil. lib. xij. C. dicit: ꝙ ipse princeps meretur venerari: adorari: coli: sibi supplicari: ⁊ gratiarum sibi impēdi munera sicut Joseph in Egypto. de quo late per ipsum in. l. duos. de suscep. ⁊ arca. lib. xij. C. bonus tex. in. l. j. de propo. sa. cubicula. ⁊ in. l. fi. qui milit. pos. lib. xij. C. ibi: nostram purpuram adorantes. ex quo dicit Jo. de pla. in. l. j. de fylleia.

fylleia. ꝙ nullus debet genu flectere coraz alio: quam coram principe: vel regia maiestate: vel coram papa: cuius pedem osculātur quicunq; venientes: vt salutent illum: vt dicit glo. illa vulgaris. ⁊ ibi Jo. de pla. ⁊ Luc. de pen. in. l. j. de domest: lib. xij. C. non tamen indistincte (ƀm eos) quilibet admittitur ad salutandum principem. vt no. glo. in. l. j. de vetera. lib. etiam. xij. C. in laudem reuerentie papalis cum deosculatione pedum. Ange. politia. vir certe disertissimus in oratione: quam edidit procuratoribus Cenensium: ad Alexandrum sextum pontificem maximum folio. j. facie. j. eleganter meminit dicens: vt reges etiam ipsi ⁊ principes adorare cum reuerentia submissi vestigia pape ⁊ puluerem pedum ipsius lingere non modo non dedignētur: sed loco etiā preclari muneris concupiscant. De effectu reuerentie ⁊ cui debeatur. Sali. in. l. j. C. de pred. curia. Feli. in. c. causam matrimonij. de offi. dele. per Bal. in tract. schismati. xv. col. Item reuerentia debetur iure naturali: per eundem Bal. in. l. fi. versi. vltimo nota. C. de bo. liber. Reuerentia quum debetur facit personam (cui debetur) non posse vocari in ius sine venia. Specu. titu. de authori. col. xj. versi. sed nunquid edictū. Hiero. ad Nepoti. recitatur dist. xcv. c. esto subiectus pontifici tuo: ⁊ quasi parentem anime ama. Sed episcopi: sacerdotes sciant se esse: non dominos honorent clericos: quasi clericos vt ipsis episcopis honor ⁊ reuerentia deferatur. Scitum est illud oratoris Domitij. Cur ego (inquit) te habeam vt principem: quum tu non me habeas vt senatorem. ⁊ illud. j. Pet. ca. ij. quod recitat succincte author hic. vbi dicit. Omnes honorate: fraternitatem diligite: deum timete: regem honorificate: serui subditi estote: in omni tempore dominis: non tantum bonis et modestis: sed etiam discolis. Sene. epis. lxv. quam venerationem preceptoribus meis debeo: eandem preceptoribus: idest regibus humani generis a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem video: aut pretorē: omnia (quibus honor haberi solet) faciaz equo desiliam: caput adoperiam: semitam cedam. quomodo ergo Mar. Catonem: et Leli. sapien. ⁊ Socra. cum Plato. In animum meum sine dignitate summa recipiā. Ego (inquit) illos veneror: ⁊ tantis nobilibus assurgo. Pithago. magno illi philosophanti. Tanta (ait Valerius Maximus libro quarto) veneratio ab auditoribus tributa est: vt (que ab eo acceperant) indisputationem deducere nephas putarent: qui etiam interpellati: idest interrogati ad reddendum causam: id solum respondebant: ipsum sic dixisse. contra subditos maxime filios erga parentes irreuerentes inuehit.

glo. au=

glo. aurea. Eccle. iij. ca. Super illud hono
ra patrem tuum: vt superueniat tibi bonuz
⁊c. vbi dicitur Cain nuditatem patris irri-
sit: ⁊ deus semen suum in seruitutem perpe
tuam damnauit. Absalon quoqꝫ Dauid de
regno expulit. ⁊ cōcubinas eius incestauit:
sed penas morte condignas luit. Heli cal-
uitium pueri Betel irriserunt: ⁊ duo vrsi de
saltu ex eis quadraginta duos lacerauerūt
et quia puerilis Iudeorum stulticia in cal
uarie loco Christum crucifixum irrisit: sed
quadragesimo anno post ascensionez eius
duo vrsi: Vespasianus scilicet ⁊ Tit⁹ de sal
tu gentium egressi illusores seuissime lania
uerunt. Adhibenda est igitur (inquit Tul.
in lib. offi.) Quedam reuerentia aduersus
homines ꝙ maxime reges ⁊ principes. Est
deniqꝫ ipsa reuerentia: vt non te lateat: ho
nor quidam exhibitus in testimonium vir-
tutis: ⁊ est terminus meson: qui quādoqꝫ in
bonum: quandoqꝫ etiam in malum sicut cō
fusio ⁊ licentia accipi potest. ſm bea. Tho.
super psal. xxxiiij. colū. xvij. Item reuereri
est actus timoris: ⁊ vt debetur deo: est act⁹
latrie. estqꝫ reuereri aliquem honorare a ꝗ
reuerentia idest honor: quem tam in verbis
ꝙ in factis alicui exhibemus. Quare rē ali
quam turpem nominaturi: solemus dicere
saluo honore: salua reuerentia. Item reue
rendus: dignus reuerentia: et reuerendus
cum reuerentia reuereor autem componi-
tur ex re ⁊ vereor. Est autem reuereri: quez
timere cum pudore quodam erga eum: quē
metuimus: quidam tamen ex se parant: sic
quod vereri sit hominis liberi timere serui
ꝙ ille pudoris: hic pene metu teneatur. de
hoc vide san. Tho. ij. ij. q. lxxxj. artic. ij. Re-
uerentia inquam ſm Tul. in lib. rethori. et
Luc. de pen. in. l. qui sub pretextu. col. ij. de
stud. libera. vrb. ro. lib. xj. C. Est aliqua ra-
tione sublimitatis debita honorificētia cul
tum exhibens. Sed veneratio est virt⁹: qua
reuerentiam exhibemus maioribus in cor
poris humiliatione: gestu: nuptu ⁊ verboꝝ
emissione. Item princeps reuerentiā exhi-
bet iuris partis ob scientie meritū. l. quid-
quid. C. de aduoca. diuer. iudi. Item exhi-
betur alicui reuerentia ratione dignitatis
vel superioris potestatis. in. c. visis. xvj. qō.
ij. de renun. c. ad supplicationem. in fi. Et
antiquitati. ix. q. iij. c. conquestus ⁊ senectu
ti. ff. de iureiuran. l. j. Vale. maxi. lib. ij. ca. j.
§. senectuti. Prelatis qualis ⁊ in quibus re
uerentia debeatur a subditis. vide cum co-
pia per Lucam de penna in. l. qui sub prete
xtu. de stud. libera. vrb. ro. libro vndecimo.
C. columna secunda. circa finem. vbi conclu
dit: quod in tantum prelato reuerentia de-
betur: etiam si fuerit inutilis: quandiu sus-
tinebitur. sextadecima questione sexta. ca-
pitulo: si fortassis. An autem faciendo re-
uerentiam ⁊ honorem alicui: vt ꝑposito: vel vt prelato ei (cuz quo litigas) iuri tuo propter hoc renunciare videris. vide quod legitur ⁊ notatur in capitulo ex ore. de his que fiunt a maiori par. capituli.

De reuerētia.

## Quartus Articul⁹ Tertij Tractatus.

DE quarto ꝟo ar-
ticulo quo queri-
tur an fidelitas ꝓ
declarata: cuz oi-
bus suis capitu-
lis: ⁊ reuerentie predicte ex-
hibitio debeatur nedum re-
gi: sed etiam eius vnigenito
domino illustrissimo dalphi-
no: sicut ⁊ regi eodem rege re
gere perpedito: declarabo: a
gitabo: ⁊ tractabo sub tenore
conclusionum sequentiuz: in
quibus tria tangem⁹: que suf
ficiunt ad propositum.

Prima conclusio: ꝙ lz do-
minus dalphinus regis vni-
genitus a patre suo: supposi-
to: siue numero distinguatur: tamen est cuz
eo eiusdem nature: nedum communis: sed
etiam partituris: ſm philosophos. ⁊ ideo di
cit textus ⁊ glo. in. l. liberorum. de verbo. si
gnifica. ꝙ in filio natura genitoris conser-
uatur: quod intelligitur de natura imparti
turi. nam in communi natura conseruatur
nedum ingenito: sed etiam in quolibet in-
diuiduo illius nature ⁊ speciei: ⁊ plus faci-
unt que textualiter habentur in secūdo de
anima. ⁊ hec pleni⁹ dixi supra in primo tra
ctatu in examinatione secundi articuli. pri
ma ⁊ secunda conclusionibus.

Pr⁊fili⁹ eiusdem nature p ticular(?).

Secunda conclusio: ꝙ filius dicitur ali-
quid patris ipsius: ſm philosophum in. v. ⁊
octauo ethycorum. ⁊ eadem caro cuz illo. vt
habetur. xxv. dist. hac authoritate. ⁊ eadem
persona simul intelliguntur. vt. l. fi. de im-
pube. ⁊ aliis substitut. et eadem voluntas.
insti. de inuti. stipul. §. ei qui. vbi dicitur: ꝙ
vox patris: vox filij: voces enim sunt volun
tatis significatiue: vt habetur in. j. perlar-
menias. ⁊. l. labeo. de supelle. leg.

Tertia conclusio: ꝙ ex quo regis vni ge
nitus dominus dalphinus: et rex ipse sunt
vnum natura: vna caro: eademqꝫ persona:
ac vna voluntas: reuerentia: fidelitas: obe
dientia: ⁊ quecunqꝫ regi debita tanꝙ vni: ⁊
eadem filio eius pariter debentur. Proba-
tur conclusio: quia identitas pretacta pa-
tris ⁊ filij causant in vtroqꝫ identitatē quo
rumlibet effectiuum: sicut dicit lex ꝙ iden-
titas dominorum conreorum: non obstan-
te differentia suppositorum causat in vtris-
ꝙ omnium effectuum identitatem tam in
obligationibus ꝙ pactionibus: solutioni-
bus: ⁊ interruptionibus. vt. l. fi. C. de duo-
bus reis. Nam vt ibi dicit textus quum ex
vna stirpe vnoqꝫ fonte aliqua effluxerunt:
idem debet sequi in eis effectus. facit. l. pe-
nultima

Multiplex regis ⁊ dalphini idētitas.